

- riannæ & religionis amore, Deique servitio, ut declarat in suo testamento pater suus Alvarus Ferreira fol. quæ licite potuit efficere cap. si de terra 6. de privileg. L. si judex 42. de minor. L. ultim. § pen ff. ad Veleian. L. pen. cod. de pact. Barb. in L. alia §. eleganter num. 12. ff. solut. matrim. Morta in empor. p. 1. tit. de locato q. 2. num. 12. maxime manens satisfacta sua dote necessaria pro ingressu religionis, Molin. de primogen. lib. 2. cap. 15. n. 24. Tiraq. de jure primog. q. 4. n. 33. Menoch. conf. 71. n. 25. & 411. n. 28. 22 lib. 4. sicque remittenti jus suum seu actionem non est dandus reg. essus L. queritur 14. §. si venditor ff. edilit. ediet. Sanch. de matrim. lib. 10. disp. 6. n. 7. Parisius conf. 69. n. 20. lib. 3. Craveta conf. 227. n. 1. Lancel. de attent. 2. p. cap. 20. limit. 19. n. 2. nec laesio in hoc casu considerari potest, quia servire Deo regnare est, nec se tradere religionie perdere nec jactare res suas, sed lucrati DD. in cap. 1. de emptione & in tit. de religiosis domibus Jacob. de Raven. Albericus Cipius in L. liliud Cod. de sacros. eccles. sic moniali semel exclusa à majoratum successione per sororem suam perpetuo dicitur ex clusa, communem dicit Parisius cum multis conf. 22. n. 7. lib. 4. Dec. conf. 445. n. 1. & conf. 372. n. 10. in fortioribus terminis Molin. lib. 3. cap. 5. n. 42. Gom. L. 40. Tauri n. 31. Surd. con. 355. n. 45. & conf. 568. num. 2. 24 Non dubitatur quoque de Monachis admoniales valere Argumentum & extendere dispositionem Trident. sess. 25. de regul. cap. 2. Card. in Clement. 1. de regul. Abb. in cap. pen. notab. ult. de stat. monachor. Fr. Emmanuel 3. tom. quest. regul. q. 52. 52 art. 6. nec monialem dominam Joannam posse succedere in majoratu,

Ptas IV.

tantum in vita sua, si nulla clausula in hac prima institutione non interveniret exclusiva Religionis, & monasterii, ut contingit in casu decisionis 6. Game ex suis fundamentis approbatis à sapientissimo nostro communi P acceptore Petro Barbos. ibi num. 3. quām questionem exacte prosequitur Molin. de primogen. lib. 1. cap. 13. à n. 68. usque ad 95. Pinel. 1. p. L. 1. a n. 45. cod. de bon. mater. Gom. L. 48. Taur. dn. 8. vers. sed his obstantibus Cabed. 1. p. decis. 33. à n. 7. hæc tamen communis resolutione non procedit quando in institutione majoratus ut hic, posita est clausula ut monachus non succedat, tunc monialis censetur exclusa ex equiparatione jam citata, qui talis clausula apponitur, non ut quempiam à religione advertat, sed ut familiæ suæ conservationi consulat, ut interminis bene expendit Cov. 1. variar. cap. 19. n. 11. Cabed. d. decis. 33. n. 6. vers. & causum esse & in casu magis dubio sine expressa prohibitione Assentit Molin. dicto cap. 13. n. 95. in fine, alios refert. & sequitur Gutter. lib. 1. Canon. q. 3. n. 30 & lib. 2. cap. 25. n. 6. P. Molin. de inst. 3. tom. disp. 623. n. 6. quinimo, quanvis clausula illa non sit expressa, sufficere quod majoratus pro familiæ conservatione sit institutus, ut monasterium seu monialis videatur exclusa, dixit Dec. conf. 259. Manet. de conjectur. lib. 11. tit. 7. n. 21. Menoch. lib. 4. præsumpt. 83. n. 3. & 45. Peregrin. de fideicom. art. 76. n. 69. sentit. Valasc. consul. 101. n. 7. & ult. Avend. L. 40. Taur. gloss. 14. n. 17. & seq. Alvar. de conj. datur. mente lib. 2. cap. 3. in princip. & n. 4. vers. istam, Aug. tom. 1. institu. lib. 12. cap. 8. q. 5. in fin. & quod expressa clausula inventatur in prima institutione majoratus est evidens fol. 577. vers. ibi : a

Kk ii Saber

saber as que primeiro saõ nomeadas, nem sendo Clerigo, nem Frade, como dito he, ut supra jam dictum remanferat d. fol. ibi: naõ sendo Clerigo, nem Frade; ideo in claris non est locus conjecturis L. continuus 137. §. cum ita in fin. ff. de verbis. L. ille aut ille 25. vers. cum in verbis ff. leg. 3.

Nec sustineri potest cum ea ponderatio sapientiss. consulentium fol. 381. & 394. existimantium talem clausulam tantum suisse oppositam in successione transversalium, quæ repetere non potest in prima successione, seu vocatione filiorum. Convin- citur enim ad oculum, ad cuius veram intelligentiam iterum est adver- tendum primum institutorem Joannem Martins Ferreira tempore talis institutionis esse viduum descend- entibus carentem; patet fol. 578. ibi: que houve de Ignez de Azeredo minha primeira mulher, qua de causa ipse se ipsum primo loco instituit 68 fol. 577. ibi: instituo logo a mim mes- mo; & postea consuluit futuræ suc- cessioni si defacto nupserit, ibi: E quero se eu cazar, e houver filho lidimo, e naõ havendo filho, e havendo filha, a dita filha o traga, &c. Cum ergo tali tempore non haberet des- cendentes, necessario & pruden- ti consilio ad transversales progredi- tur volendo per eos etiam suum nomen & memoriam conservare ut fol. 577. vers. ibi: E naõ ha- vendo eu filho, nem filha lidimo ao tempo de meu falecimento ou falecen- do o dito meu filho ou filha sem filho, ou filha entao o haja; & ibi: naõ sendo Clerigo nem Frade quæ clausula in suo proprio loco fuit ab institutore collocata, quia adhuc tantum egit de filiis nascituris, qui cum non exis- terent, antecipata videbatur talis clausula, quam statim declaravit, ubi primum de transversalibus jam ex-

itentibus fuit loquutus ibi: vaõ sen- do Clerigo nem Frade, imo à fortio- ri debemus dicere idem voluisse in filiis nascituris, quia jam cum omni- bus supra resolvimus citatis, talem clausulam expresse inducere volun- tetem conservandi suam memoriam & nomen, quod multo magis con- servatur in propriis filiis, & descen- dentibus; quam in transversalibus; filius enim dicitur à filo, quia per filium ordo & filium generationis conservatur L. liberorum in fin. ff. de verbis. signif. ubi Bartel. nota- vit n. 2. pars corporis ipsius patris est L. cum scimus cod. de agricol. & cens. lib. 11. seu potius una & eadem persona cum ipsa patre L. ultim. in fin. cod. de impuber. & aliis, ergo maiori cum ratione idem vo- luit institutor dicere in filiis nasci- turis argumentum nanque de maio- ri ad minus validum est L. in suis in fin. ff. de liber. & posthum. Auth. multo magis cod. de sacros. eccles. & ne aliqua dubitatio saperesset, bis idem dixisse d. fol. 577. vers. in fin. ibi: a saber as que pimeiro saõ nomeadas naõ sendo Clerigo, nem Fra- de como dito he; & jam dixi quod quando institutor se explicat non est alia interpretatio quærenda d. L. fi pluribus ff. de leg. 1. tandem facit, quod ultima clausula posi- ta in fine dispositionis ad omnia præcedentia referri debet L. talis scriptura 30. §. ult. ff. de leg. 1. L. 3. §. filius ff. de liber. & posthum. cap. in quisitionis in fin. de appellat. Peregrin. de jure fisci art. 16. n. 102. Gabriel commun. lib. 6. tit. de clausulis claus. 9. in princip. Meno- ch. cons. 453. n. 16. lib. 5. quibus etiam inspectis revocata etiam in hac parte meritissimi Præfedis sen- tentia Reum quoque absolvo a res- titutione primi majoratus. Porto Januarij 11. 1657. Fregozo.

Vali-

Validissimis fundamentis ab utraq; parte certatur, ita ut difficile appareat judicare: qui justus induat arma? & resolutio quæstionis Deilio quodam natotore indigere videatur; Sapientissimus dominus ea eruditione rem egit; ut nihil in tam, nec dicendum reliquissime videatur. Ego paucis me expediam, proforens quod sententiam. Quod attinet ad A. & R. res infacto consistit, nempe improbanda filiative Violantis Ferreira, quæ filia dicitur primi institutoris Joannis Martins Ferreira, à qua A. Mariam Correa genus & sanguinem ducere non dubitatur. At vero circa opponentem monialem, & reliquos litigantes quæstio in jure posita est, scilicet utrum prædictæ moniali obstant conditiones & clausulæ exclusivæ clericorum & manachorum in fertæ institutioni maioratus? de singulis despiciendum.

Quod ad primum, hoc est de probandâ filiatione prædictæ Violantis: adfunt testes fol. 277. vi-
dua Sebastiani de Carvalho, ubi
quanvis nomen fuerit omisum in
curia scribentis vocabatur tamen
Maria a Cunha, ut expressit ejus
filius testis fol. 368. adfunt etiam tes-
tes Franciscus Fernandes fol. 274.
Martinus Gonsalves fol. 275. An-
dræas Alvares fol. 279. ex quorum
dictis, si vera sunt, filiatione & con-
sanguinitate dæcæ Violantis probatae
dicendum iudebantur. Sed in con-
trarium multa uidentur. Primum
quod ipsa Maria a Cunha in suo
dicto declaravit esse 124. annorum
contra id quod quotidiana docet
experientia, & disponit jus in L.
ultim. vers. & nobis cod. de sacrof.
eccl. f. & authoritates adductas a
Menoch. lib. 6. præsumpt. 49. a prin-
cip. & licet aliquando in ventus fue-
rit aliquis qui centessimum annum

attigerit, nusquam tamen visum,
nusquam auditum est nostris tem-
poribus usque ad 124. annum per-
venisse, ut experientia rerum magis-
tra docet; quo circa tam longam
ætatem effectam fuisse ad maiorem
fidem insinuandam, & commendan-
dam credibile videatur? in super de-
claravit d. fol. 278. notum sibi suis-
se institutorem Joannem Martins
Ferreira commorantem in ædibus
nuncupatis *do Patim*; quod falsum
esse convincitur ex eo, quia ipse
in aliis degebat declaratis in scrip-
tura institutionis ipsius maioratus,
ipsas autem domus *do Patim* habuit
ejus filius postea Pantaleon Fer-
reira primus successor titulo emp-
tionis, ut colligitur ex cettitudine
fol. 274. ad hæc ipsa testis pauper-
rima, cui providebatur de Sancta
domo Misericordiæ, & alios defectus
patitur sensus, & presumptæ cor-
ruptionis, de quibus certitudo fol.
215. testes fol. 226. & seqq.
Reliquos tres testes pauperrimos
esse, ostiatim victimum mendicare
constat extestibus fol. 222. & ex
hoc tantum capite eorum fidem va-
cillare ex text. in L. 3. ibi: *an lo-
cuples vel egens sit ff. de testibus ca-
nonisata in cap. si testes §. tertium fi-
des 4. 9. 3.* quia facile corrumpun-
tur *Auct. de testibus §. sanctimus col-
lata 7. L. spadonem §. fin. de excu-
sat. tutor. Menoch. de arbitr. casu
65. n. 12. M. scard. concl. 1155.*
Item jurant, cognovisse instituto-
rem Joannem Martins quod impos-
sibile esse ostendit cum iudicio do-
ctus Patronus in erudite scriptis a
fol. 158 ad hæc in re tanti ponde-
ris deberent tales testes serio, & sub-
tiliori dexteritate examinari, scili-
cet à quoniam loco essent oriundi.
ubinam terrarum vitam degerint?
& quo loci commorarentur quan-
do institutorem cognoverunt? &
cetera

cetera his similia, ut ita sufficien-
tem rationem & verosimilem cau-
sam dicti sui præstarent, pro ut
de jure requiritur ad probandam
consanguinitatem *Masc. concil. 69.*

Menoch. conf. 321. a n. 6. Farin.
in praxi tit. de oppositione contra
testes q. 170. a n. 38.

Accedit alia consideratio: quod
ex testibus antiquioribus & nobilio-
ribus hujus urbis nullus reperitur,
qui prædictam Violantem agnove-
rit, ut constat ex testimonio sebas-
tiani Pacheco ætatis 85. annor. fol.
275. Antonij de Couros 70. annor.
fol. 317. Simonis Borges 80. annor.
Laurentij à Costa 75. annor Pauli
Ferreyra & Hieronimi Ferreyra &
Catherinæ Antoniæ 80. annorum
fol. 325.

32 Et tamen certum est quod in iis
quæ communiter cadunt in scien-
tiā, & cognitionem vicini, &
coniuncti, præsumuntur vicini,
& coniuncti scire illorum facta *Bartol.* in *L. I. n. 9. ff. si certum pet.*
Bald, Dec. & alij relati a Menoch.

33 lib. 6. præsump. 24. n. 10. Item præ-
sumuntur scire: an quis sit filius
sui vicioi, vel conjuncti, quanvis
eorum assertio plene non probet fi-
liationem plures relati ab eodem
Menoch. ubi proxime n. 22. & 23.

Si igitur nobiliores senes hujus
urbis jurant; se ad summum agno-
visse secundum Joannem Martins
Ferreyra nepotem primi institutoris
ejusdem nominis, ut constat ex eo-
rum dictis in locis proxime signa-
tis; quomodo credemus pauperi-
bus mendicantibus abjectis, &
viliissimis personis afferentibus, cog-
novisse primum Jonnem instituto-
rem. & magis ad rem urget assertio
Alvari Ferreyra Pereira abnepotis
primi institutoris in testamento a
fol. 67. condito die 8. Novembr.
1621. ubi fol. 68. vers. declaravit

parentem rei esse verum successo-
rem maioratus, de quo agitur idem
etiam asservit ejus filia Marianna in
codicillo fol. 397 ob defectum alio-
rum agnatorum.

Ex quo manifeste corruit licetum
opponentis monialis in responsione
ad positiones a fol. 307. dicentis:
audivisse à parente filiationem &
consanguinitatem præfatæ Violan-
tis, cum exprædicto testamento,
& codicillo sororis ipsius monialis
contrarium verius apparet; item ex
assertione alterius sororis D. Phe-
lippæ de Villena fol. 315.

Quibus omnibus marurius con-
sideratis in re tanti ponderis non au-
deo judicare probatam filiationem,
& consanguinitatem Violantis Cor-
rea imo ex defectu ipsius & pro-
bationibus factis ex parte R. Em-
manuelis Pereira Ferreyra, ipsum
legitimum successorem horum ma-
ioratum declarandum fore existi-
mo adversus A. Mariam Correa.

Quo ad opponentem monialem,
advertisendum est; Primū institui-
torem Joannem institutione sui ma-
ioratus bis adjecisse clausulam ex-
clusivam Clericor. & monachorum.
primo in prima vocatione transver-
salium, secundo in fine aliarum vo-
cationum, ut constat ex institutio-
ne authentica in libro appenso &
in transumpto melioribus charæte-
ribus conscripto fol. 577. Igitur
vel ex vi comprehensiva prædictæ
clausulæ ex regula *L. talis scriptu-*
ra de leg. I. vel ex vi extensiva pro-
hibitam esse monialis successionem
verius existimo, cum pro regula
constitutum sit qualitatem, vel 34
*conditione positam in clausula se-
parata à precedentibus, & seqq. re-
ferri ad omnia, quando nulla extat*
ratio, quarè magis referri debeat
*ad unum precedens, quam ad alte-
rum post Bart. Jas. & alios Meno-*
ch.

ib. lib. 4. præsumpt. 181. n. 2. idque ex ratione L. qui filiabus 16. ff. delegat. 1. L. hæredes palam 21. §. 1. ad fin. ibi vel ex vicinis scripturis ff. de testam. Gabr. commun. tit. de testam. concl. Mant. de conjectur. 35 lib. 6. tit. 13. & in maioratibus, generale est, quod ratione perpetuitatis conservandæ semper conditiones repetitæ censeantur; sive favorem, sive odium contineant, sive secundum jus, seu preter, aut contra jus, Molin. lib. 1. cap. 6. n. 23. & de qualitate masculinitatis, quod sensatur repetita in omnibus dispositionibus, & si simus in diversa oratione quando agitur de conservanda agnatione, prout in præsentि, plures relati per Fusar. de fideicom. substit. q. 403. n. 1. & 12. Supponendo, quod favorabilior est institutioni, & perpetuitati maioratus conditio exclusiva clericorum, & Monachorum, quam qualitas masculinitatis, cum possit maioratus tam in feminis quam in masculis perpetuus est Molin. dict. cap. 6. n. 26. in clericis autem & Monachis instituentis memoria, & splendor soppitus sit & ita in repetitione conditionis exclusivæ illorum procedat argumentum à fortiori. In secundo maioratu instituto a Panteleone Ferreyra primogenito primi instituentis Joannis, res sine dubio est quia ex clausula exclusiva clericorum, et monachorum ita expressa est, ut non indigeat interpretatione, cum omnes vocationes palam comprehendat.

Ex quibus et ex doctrina DD. quos Rei consulentes appositi ad rem offerunt, potiorem causam ipsius judico, etiam ad exclusionem opponentis monialis, revocata cum primo Domino optimi Præsidis sententia. Porto 20. Februarij 1657.

Soares.

Supposito quod opponens Joanna est soror maior natu, ultimæ posse tricis Dominæ Mariannæ Coutinho, et in eadem linea institutoris Joannis Martins Ferreyra, ei dicendum est pertinere successionem maioratus ex Ord. lib. 4. tit. 100. §. 2. Valasc. de jur. emphit q. 50. n. 34. Gam. decis. 258. n. 4. Molin. de primog. lib. 1. cap. 6. n. 47. Gom. 2. p. cap. 2. n. 4. Grat. forens. cap. 456. a n. 33. Quanvis ipsa sit monialis professa, si quidem constat ipsam Religionem esse capacem bonorum, quarè dicta professa succedere potest in dicto maioratu, Molin. supra cap. 13. n. 64. Fusar. de substit. q. 428. Castilb. contr. lib. 3. cap. 12. n. 83. Mier. de maiorat. 2. p. cap. 3. n. 25. ubi, sub distin. 37 ctione procedit, quando maioratus non habet dignitatem anexam, ut in nostro casu, Valasc. conf. 101. n. 6. Cabed. p. 1. decis. 163. n. 7.

Non obstante consideratione sapientissimi Domini primo loco deliberantis, fundata in remissione juris successionis maioratus, quam licite facere poterat, L. si quis in conscribendo cod de pact. Tiraq. de primog. q. 24. a n. 4. Menoch. lib. 6. præsumpt. 41. & conf. 910. n. 1. Surd. conf. 198. n. 2. Barb. in L. alia §. eleganter a n. 12. de solut. matr. quoniam remissio juris nunquam præsumitur, L. cum indebito de probat. L. si cum aurum de solut. immo talis remissio fieri debebat in scriptis solenitatibus, Ord. 3. tit. 59. in principi argumento Cabed. 1. p. decis. 109. n. 5. alias nullius est momenti, Valasc. allegat. 72. n. 12. Cald. de extinct. cap. 10. n. 10. & cum de ipsa non constet, nihil de hoc curandum est.

Neque obstat, quod institutor 39 potest excludere Monachas à successione maioratus, quæ exclusio

pro

pro lege observari debet, *Molin.*
de primog. lib. 2. cap. 12. à n. 54.
Menoch. lib. 4. præsumpt. 83. a. n. 1.
Molin. de just. tract. 2. distinct. 613.
n. 12. *Castilb.* contr. lib. 3. cap. 12.
n. 36. & attentis verbis institutionis fol. 577. ibi: *Não sendo Clerigo, nem Frade*, et in eodem fol. in fin. ibi: *A saber as que primeiro saõ nomeadas, nem sendo Clerigo, nem Frade*, quibus verbis clare apparet exclusio Monachorum, ex *L. continuus* 137. §. cum ita de verbis.
40 & cum sint geminata clarissimam voluntatem instituentis ostendunt, ex *L. cum scimus* cod. agricol. & cencit. lib. 11. *Geurb.* de stat. cap. 1. glos. 3. a. n. 1. ubi multos, quod præcipue intelligitur in institutione, ubi verba non ex ludibrio, sed serio sunt scripta.

Quia bene considerata forma nostra institutionis, institutor *Joannes* primo provisit successoribus, & non descendentiis ipsius carnis sine tali gravamine, & in horum defectum collateralibus, quibus solummodo exclusivam Monachorum impolut per verba gerundi, quæ conditionem important, *Phæb.* decis. 9. n. 6. Neque secunda verba ibi: *As que primeiro saõ nomeadas, ita legi debent*, ut comprehendant descendentes carnis institutoris, casu quo monachi existant, sed solum comprehendunt proximiores collaterales filiorum primò nominatorum, & ita verba: *As que primeiro saõ nomeadas, legi debent cum circumflexo*, super à quare cum institutor *Joannes* simpliciter descendentes propriæ carnis vocasset, & collaterales eorum sub exclusiva monachorum, sequitur quod clausula posita in secunda substitutione collateralium, ad primam extendi non debet, *Gabr.* cons. 95. n. 12. *Casti-*

lbo contr. lib. 2. cap. 4. à n. 131. *Fusar.* de subst. q. 450. n. 3. quod præcipue procedit, quando aliqua specialis ratio datur in una atque in alia substitutione, *L. uxorem* § felicissimo delegat. 3. *Gregor.* *Lop.* *L.* 9. tit. 7. part. 6. glos. fin. *Mier.* de maiorat. 2. p. q. 12. n. 20. in verbis ibi ubicumque primus gradus substitutionis habet specialem, & propriam rationem, & determinationem, seu specialem provisionem, clausula quantumcunque generalis 42 opposita in ultimo capitulo, seu gradu non refertur ad præcedentem clausulam habentem specialem provisionem, *L. filius familias* 27. quando dies legat. cod. *L.* 3. §. *filium ante de liber.* & posth. Plane cum detur valde diversa ratio inter substitutiones descendientium, & collateralium, dicendum existimo, clausulam illam exclusivam monachorum solummodo collaterales comprehendere, minimè autem descendentes, erga quos maior dilectio instituentis invenitur, *Menoch.* 4. præsumpt. 181. n. 14. *Castilb.* 4. contr. cap. 5. n. 50. & cum descendentes Monachi non sint exclusi ab institutore debent admitti, ut supra dictum est.

Siquidem Monachus iura sanguinis non ammittit, *Surd.* conf. 557. n. 15. *Gom.* 1. cap. 3. n. 20. & cap. 9. n. 10. *Barbos.* in *L.* secundo in princip. a n. 45. de solut. matr. & in *L.* bæres absens §. fin. n. 221. de jud. *Thom.* *Vas* alegat. 29. n. 112. *Molin.* de just. tract. 2. disp. 179. præcipue cum clausula excludens monachos, reputetur iniqua, tanquam contra libertatem Ecclesiasticam, *Menoch.* conf. 199. n. 22. & lib. 4. præsumpt. 82. n. 24. *Mart.* de jurisdict. p. 4. cas. 25. *Tiraq.* de primog. q. 43. n. 12. ergo dicta clausula extendi indubio non debet immo re- 44 tracta.

tractari; pertinere ad opponentem Joannam, confirmato meritissimo Praeside in hac parte.

Quoad secundum majoratum institutum per Alvarum, contrarium existimo atenta clausula exclusiva Monachorum. An autem talis majoratus pertineat ad A. an ad R. anceps mihi quæstio videtur re tamen maturius considerata examinata probatione A. ejusque defectibus à sapientimo Domino secundo loco deliberante consideratis a docto que advocate perpensis, defectuque certitudinis libri generationum, qui cum affirmet continere generationes hujus Regni ab Adamo usque nunc, oblique specificatione certæ notitiae, dicendum existimo nullam fidem ei adhibere debere ex his quæ late, *Menoch. conf. 731. à n. 10.* neque, & testibus fidibus ad hiberi potest ex defectis a sapientissimis Dominis consideratis, siquidem pars eorum de falso con-
vincitur, & altera pars loquens de auditu, non deponit cum qualitatibus de quibus, *Farinat. in prax. q. 69. a n. 105.* præcipue in re tam gravi, sicut est successio majoratus, de quo agitur, maxime stante probatione agnationis R. de qua constat ex confessione Actoris, et ex sententia Prætoris quæ in hac parte transivit in rem judicatam.

Considerata ergo hac certitudine probationis consanguinitatis R. qui nunc postea invenitur majoratus, cum dubietate probationis A. ejusque defectibus, non audeo, pro ipsa deliberare, maxime stanse testamenti Violantis præsumptione, quæ vult esse filia primi institutoris fol. ubi jubet se felliri in tumulo prædecessoris, et tamen constat ipsam humatam fuisse in busto ordinario templi Divi Dominici, cum ibi institutor Joan-

Pars IV.

nes Martins Ferreira haberet facelium honorabile, ubi humatus, fuit et si A. esset filia ejus, ibi sepulta esset, tanquam defendens ipsius Joannis.

Quare his, et aliis consideratis à sapientissimis Dominis ex defectu probationis A. circa ejus agnationem, mediante legitima conjugatione, juxta §. si *adversus Inst. de nupt. L. 2. & 4. ff. unde vi Nigr. contr. 281. à n. 14.* atenta, et declaratione facta in testamento Alvari pro nepotis institutoris fol. 68. vers. anno 1621. qui mortuus fuit 80. annis, et qui erat probæ vitæ, et verosimiliter agnovit institutorem, quatenus declaravit R. successorem majoratus, quod facere poterat ex his quæ, *Molin. de primog. lib. I. cap. 8. n. 38. Menoch. de arbitr. lib. I. q. 63.* considerata etiam possessione R. contra quem conjecturalis probatio admitti non debet, sed præfecta, licet res sit antiqua, *Mier. de maior. I. p. q. 45. à n. 19.* judicatum in hac parte à meritissimo Praeside cum sapientissimis Dominis revocarem, confirmato judicato in alio majoratu, super quo sequens Dominus solummodo est dicturus. Porto 18. de Março de 657. Mousinho.

Utrum D. Joanna Ferreira monialis opponens sit prohibita ad successionem primi majoratus à Janne Martins Ferreira instituti? Quæstio venit mihi tantummodo enucleanda. Pro cuius dilucidatione duo attingam præmissa à sapientissimis Dominis obtenta. Primum quod vera institutio est quæ extat in libro appenso transcripta fol. facta decima die Setembris anni 1492. non autem illam fol. quæ per prædictam revocata extitit. Secundum quod prohibito Monacho, censetur etiam Monialis prohibita. Qui-

LI

bus

bus positis duas clausulas prohibitorias contra monachos in p̄fata institutione invenio; primam invocatione successionis Balthasaris Ferreira; secundum post omnes vocations finitas, excepta illegitimitatis, quæ secunda prohibitionis clausula omnes anteriores vocationes comprehendit etiam filiorum. Ad quod perpendenda sunt illa verba ibi: *E qualquer, que no dito morgado houver de succeder, serà obrigado a morar pessoalmente nesta Cidade, e chamar se Ferreira, e se assim senão chamar, nem viver na Cidade, entaõ o haverá o mais chegado a estas gerações, que ditto he, a saber ás que primeiro saõ nomeadas, naõ sendo Clerigo, nem Frade, como ditto he, nem moradores em outra parte.* Nam illud verbum quis-
 46 quis, aut quincunque qualquier omnes successores complectitur tam filios, quam transversales, & totis refertur *L. ait Divus ff. de jur. fisc. L. 29. ff. de hæred. instit. cum sin lib. & ibi Bart. & in L. si neccessarias §. si annua ff. de pignor. act. ubi exponit quod idem est, ac si (omnis) atque ita accipienda est hæc clausula.* Quisquis mihi hæres erit Qualquer que no ditto morgado houver de succeder, *L. 3. ff. de jur. Codicil. L. 3. L. 103. L. 123. ff. de legat. 1. L. quisquis 90. ff. de legat. 2. L. 93. ff. de legat. 3. L. 29. §. 1. ff. de annu. legat.* Nam et si plures sint gradu hæredum, & scriptum sit quisquis mihi hæres, ad omnes gradus hic sermo pertinebit, *text. expressus in L. si plures 96. ff. de legat. 3. ex qua deducta fuit illa conclusio, quod indifinita æquipolet univerali, Dyn. in præmio de reg. jur. in 6. ex n. 5. L. si pluribus ff. de legat. 2. & ibi: Bart. n. 1. qui etiam in dict. L. si necces-*
 47 *sarias addit, quod hæc vox, quis-*

quis, maximè injure extendatur ad omnes nullo excluso, *Glos. in L. promittendo in princip. ff. de jur. dot. glos. in L. ut gradatim §. 1. ff. de mulier. & honor. Zasius §. de constituta inst. de act. quia est nomen generale Abb. in cap. super quæstionum in glos. verbo quicunque de offic. de legat. bonus text. in cap. solitæ in verbo nibil excipiens, qui dixit quidcunque de maior. & obed. Car. in cap. fin. de accusat. verbo quomodo libet: ergo quisquis successorus sit in isto maioratu non poterit esse Clericus, nec monachus, ac per consequens, nec monialis, nam ubi eadem ratio, ibi, idem jus.*

Eo maxime, cum ista oratio: *E 50 qualquer &c. sit continuata, & inducat repetitionem omnium prædictorum cum omnibus qualitatibus, & circumstantiis, Menob. cons. 252. n. 22. Matiens. L. 2. tit. 4. glos. 1. n. 7. Tusc. liter D. concl. 274. Cencd. sing. 50. Zevallos. q. 905. n. 4. qui plures refert, & ista ratio con- 51 tinuata presupponit eosdem terminos, Peregr. lib. 2. cons. 33. n. 32. & cons. 31. n. 4. Tiraquel. cess. caus. lim. 20. n. 6. L. fin. ff. de reb. dub. L. cum de sanionis vers. quid si alienum ff. de fund. instr.*

Hoc quidem de jure indubitate tenemus, de facto insinuat institutor in verbis subsequentibus fol. 578. ibi: *E se editto morgado vier à mulher, serà obrigada de cazar dentro na Cidade, de 25. annos, e naõ cazando na ditta Cidade, serà dado o morgado ao parente mais rægardo, que por sua morte, com Direito devesse succeder: O que se entenderá nestes nomeados, aqui transversaes, mas se o ditto morgado vier à mulher de minha carne, lidimamente, entaõ haja a ditta filha o ditto morgado, sem embargo, que naõ more na ditta Cidade, nem case nel-*

la da ditta idade; mas os que succederem nelle, como ditto he, se chamaraõ sempre Ferreiras &c.

⁵² Ex quibus illa verba dubia supra dicta, sunt interpretanda, ac intelligenda, nam declarantur ex antecedentibus, & subsequentibus, L. qui filiabus in princip. & in L. si servus plurium §. fin. ff. de legat. 1. Bart. in L. fin. in fin. ff. ad Tribel. vocaverat enim institutor proprios filios, vocavit statim transversales, & postuit praedictas clausulas, vocavit postea illigitimos, & tunc ultimo loco recensendo clausulas, & conditiones positas in prefatis vocationibus corrigit in suis descendenteribus primo vocatis clausulam tantummodo habitandi, ac subendi in civitate ista, quæ solum, ut transversales obligaret vollebat, qua exclusione, & declaratione cæteras clausulas confirmare visus est in omnibus, & ipsos filios, & descendentes comprehendere: si quidem in aliis nullam afferat differentiam inter transversales, & descendentes, ut expresse probat tex. jam allegatus in dict. L. si plures 96. ff. de legat. 3. cuius verba liceat transcribere. Si plures gradus sint hæredum, & scriptum sit hæres meus dato, ad omnes gradus hic sermo pertinet, sicuti velit non omnes hæredes onerare legatorum probatione, sed aliquos ex his nominatim damnare debet.

Ecce noster casus disponit institutor, quod successor habitet in civitate, habeat cognomen de Ferreira, quod non sit monachus, nec Clericus, hæc clausula ad omnes pertinet, & refertur in prima parte nostri text. loquitur postea in clausula circa fæminas, & adjungit, quod illa clausula solum intelligatur in transversalibus: postremo afferit clausulam circa ha-

Pras IV.

bitationem, et nuptias inter certum spatium non comprehendere filiam descendenterem, quæ est secunda pars dictæ legis, ex quo constatur, quod quoad cætera, omnes tam transversales, quam descendentes sunt ejusdem conditionis, ut appareat ex finalibus, et concludentibus verbis, ibi: *Mas os que succederem nelle, como ditto he, se chamaraõ sempre Ferreiras &c.* Et est casus solum exceptus intransversalibus, firmat regulam incontrarium ut est vulgare, ex L. nam quod §. fin. de penu. legat. L. quæcum §. idem respondit, & ibi glos. ff. de fund. instruct. Sic que dicendum clausulam prohibitoriam erga monachos descendentes comprehendere.

Præterim in maioratibus semper præsumatur voluisse institutorem conservare nomen, & familiam ut innostra institutione ibi Sechamaraõ Ferreyras, & ibi chamase Ferreyra L. 1. vers. publicè ff. de ventr. inspect. Molin. lib. 1. de primog. cap. 13. n. 3. & cap. 18. in princip. Zevall. q. 626. n. 1. Gutier lib. 2. Canon. cap. 14. n. 2. cum seqq. Pellaes 2. p. q. 3. n. 18. Peralt. in rubr. ff. de hæred. instit. n. 96. quod in monialibus non potest obtineri, sunt enim in capaces nuptiarum. Cap. si quis Episcopus 27. q. 1. L. si quis non dicam Cod. de Episcop. & clerec. Car. clem. 1. de consang. & afinit. & cum portatio nominis sit ab institutore præcepta non potest succedere monasterium, nec moniales, quæ censentur per istam conjecturam ex clusa. Dec. conf. 259. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 83. n. 45. Flor. ad 6. decif. Gam. in princip. Vers. quarta conclusio repetam iterum institutione in disponentis, quod eo causa, quo fæmina succedat nubat in civitate intra 25. annum, cum transversalis & non adimpta con-

Ll ii ditinoe

ditione transferatur ad alium maioratus & quid si talis fæmina sit descendens teneatur nubere non limitato tempore, nec loco, quia solum in hoc cum suis descendantibus disponat. Et sic semper fæmina succedens tenetur nubere, alias fit transitus ad alium proximorem, quæ clausula tenet de jure exiit, quæ Pelaes de maiorat. 1. p. q. 50. P. Molin. disput. 614. n. 4. Surd. conf. 215. n. 20. quia non est impeditiva, sed per suaso ia ad nubendum, quæ tenc. L. multeri & Titio 73. ff. de cond. Menoch. lib. 3. contr. cap. 94. n. 15. Cabed. 2. p. decis. 31. n. 8. Fachin. lib. 2. conf. 23. n. 4. Quomodo ergo implebitur institutio in opponente moniali & ad huc dixerim, quod si Monialis fuisset possessor fieret transitus ad Reum appellantem, cum isti geminati dispositio maiorem voluntatem institutoris ostendat Mascard. concl. 621. n. 37. Mantic. lib. 3. de conjectur. tit. 6. n. 9. & 10. L. Balista 32. ff. ad Trebell.

Iterum cum maioratus sint approbati, & confirmati à nostris potentissimis, & Serenissimis Regibus bona ejus sapiunt naturam bonorum Regiæ Coronæ, & sunt qualificata utpote continetur in confirmatione hujus maioratus facta ab invictissimo & fælicis recordationis Rege Emmanuele ab ipsa regia manu signata in lib. appenso fol. 26. vers. ibi: *Com. que se fossem bens da Coroa de meus Reynos sem embargo de quaes quer ordenaçōens, e direitos que em contrario hajaō, & quod moniales sint in capces talium bonorum nemo est qui dubitet ex generalitate Ord. lib. 2. tit. 35. §. 4. 10. cap. 1. in princip. & § filia de success. feud. Curt Jun. conf. 1. n. 6. Tiraquel in L. ex facto §. quis n. 20. & 21. ff. ad Tribel. Jason. in L.*

siquis id quid. col. 3. ff. de jur. omn. iui. & L. tres fratres ff. de pact. Cabed. 2. p. dec. 29. n. 1. & dec. 31. Valac. conf. 120. & 126. late Gam. per totam dec. 6. qui n. 2. assertit factam inter DD. differentiam inter Capellam & maioratum, ut ab isto sit monialis exclusa licet illam possit obtinere, quod ille non approbat; sed ejus opinio videtur limitanda, quando tales maioratum Principis confirmavit, ei que concessit prærogativam patrimonij regalis, qui tunc remanet in dispositione prædictæ Ord. ut ex illius verbis clausula convincitur, quia jam sunt bona qualificata per beneficium Regis quæ non transiuit ad monasteria, ut ex resolutione DD. concludit. Flores ad d. dec. 6. Gam. in princip. vers. sexta conclusio.

Ulterius cum manifeste colligatur, vel interpretetur voluntas institutoris ad excludendos inhabiles ad matrimonium; ista semper in institutionibus præfetur proprietati verborum Mant. de conjectur. lib. 3. tit. 5. Peregrin. lib. 1. conf. 38. n. 13. plures Castilb. lib. 1. cap. 30. n. 37. & cap. 47. n. 4. & 12. nam verba institutorum debent interpretari naturaliter, & non civiliter Menoch. conf. 227 n. 41. Gutier. 4. p. q. 7. n. 4. & q. 8. n. 17. L. fin. cod. de his qui vers. & regulariter testatores instituendo loquuntur impro- prie & cum aliquibus fallentiis non enim sciunt usi verbis legalibus & propriis Peregrin. lib. 1. conf. 55. n. 14. & conf. 65. n. 33. L. non aliter 67. §. de leg. 3. non capten- tur ergo verba institutoris sed vo- luntas attendatur in exclusione in capacium matrimonij contrahendi ea juris in capacitate, qua monachus, clericus, & moniales sunt prohibitæ.

Ultimo una pars institutionis alterum

alterum declarat *L.* qui filiabus in princip. *L.* servus plurium ff. de legat. i. quia voluntas ita accipi debet, ut sit uniformis *L.* jam hoc jure ff. de vulgar. ne divisione voluntatis contingat *L.* cum qui § pro parte ff. de in dig. & ita non potest dici, quod institutor excluderet monachos transversales non vero descendentes, quando talem distinctionem non apponenter imo induceret contrarium volendum perpetuare familiam, nomen, & agnationem, quæ melius conservantur in descendantibus, quam in transversalibus, cum voluntas non tantum dicatur quæ expresta est, sed quæ tacite, & per conjecturas ex verbis deducitur *L.* cum virum cod. de fideicom. *L.* pen. ff. de legat. i. Paris. conf. 38. n. 13. vol. 2. Gregor. lop. in *L.* 3. tit. 13. part. 6. verbo mugeres col. 7. ad fin. vers. quam voluntatem agnovit illius filius Pantelion Ferreyra secundus institutor, & optimus interpres patris voluntatis Ord. lib. 2. tit. 35. §. 8. ibi: Porque esta fora a tençāo do dito Rey seu pay & §. 21. ibi: e declarou que El-Rey seu pay assim o usara *L.* octavi ff. und. cognati *L.* de tutela ff. de in integr. restit. cap. quando, & cap. quosdam de præsumption. DD. in *L.* 1. ff. si cert. pet. qui instituens secundum maioratum voluisse adjungi primo à patre instituto decrevit fol. 246. & recentendo clausulas cum omni ci cumpectione in totum & totis casibus religiosos, & moniales exclusit fol. 249. tam transversales, quam descendentes, & de patris voluntate, si obtinuisse diversum, quomodo diversa exponeret in institutione quam uniformiter primæ adjungebat? quod minime est ferendum, 62 ne detur contrarietas in eodem actu, & dispositione contra vulgar.

reg. *L.* ubi repugnantia ff. de reg. jur. Surd. dic. 276. n. 3. Dicta exposui potius obligatio- ne dicendi eo actus non necessitate cum matu è juridicè, et eruditè mate ia sit perpenfa a primo et se- cundo Dominis sapientissimis delibe- rantibus ad dicto que Patrono, quæ et si loculentiora non licet repe- re, ne sim adèo fastidiosus, ex- quibus clausulam prohibitoriam mo- nialem opponentem comprehendere autumarem, eamque excluderem eum duobus primis dominis re- vocato meritissimo Pæside. Porto 9. Aprilis 1657.

Abreu de Freitas.

Aqua sententia fuit gravamen in- terpositum ad supplicationis sen- tum, ubi fuit confirmata á Judici- bus Britto. & Pinheiro.

Et fundata fuit in sequentibus de- liberationibus.

Justa ratione acquiescere po- teram doctissimis deliberationibus in feioris Senatus, ita docte, & accurate nodum dissolventibus, ut nec dubitationi, nec ad scribendum mali locus relictus sit; ut tamen 63 judicantis muneri quem cuncta ri- maria oportet ex cap. judicantem 30. q. 5. Menoch. lib. 1. conf. 36. n. 1. & lib. 2. conf. 134. n. 1. provi- bus satisfaciam, paucula hæc af- feram.

Præsens iurgium respectu monia- lis opponentis non in facto, sed in jure tantum nobis positum se se of- fert, respectu tamen Acticis, et Rei non in jure, sed in facto anci- pitem me diu tenuit: Quo ad monialem opponentem, cui præroga- tiva lineæ resp. etu institutionis, et gradus, respectu ultimæ possesso- ris in hac successione maioratus præ- lationem concedit ex juris disposi- tione, nullis aliis descendantibus ejusdem primæ lineæ extantibus,

à qui-

ā quibus præferri valeat, siquidem ex primogenitæ institutoris filio illam legitime descendere, sotori que ultimæ administrati ci gradu proximiorem esse, ab omnibus est in confessio, videbatur dicendum; hujus maioratus successionem illi deferendam fore, quoniam linea, in qua intravit successio maioratus debet omnino vacuari, antequam ad aliam fiat transitus ex communi DD. sententia Valensuel. cons. 97. n. 11. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 4. n. 14. Alter Molin. de just. tom. 3. tract. 2. disp. 625. n. 5. Castilb. quotidianar. lib. 3. cap. 19. n. 327.

Verum huic successionis juri ad favorem opponentis considerato officiunt conditiones, et clausulæ institutionis hujus maioratus in vero sensu conceptæ, quæ leguntur in lib. appenso, et in hoc processu fol. 576 ubi monachi, et Clerici expressè reperiuntur ab hujusmodi maioratus successione dupliciter exclusi: cernitur fol. 577. vers. naō sendo Clerigo, nem Fraude; et fol. 578. in princip. ibi: naō sendo Clerigo nem Fraude, comoi dito he, et licet circa moniales clausula exclusiva non reperiatur expressa, tamen cum monachi, et Clerici expressè excludantur, etiam moniales ex identitate rationis censentur exclusæ.

Neque præsentis inspectionis resolutio eliditur ex eo quia prædicta clausula exclusiva non in vocatione descendantium, sed in aliis substitutionibus transversalium scripta legitur, quasi descendentes non comprehenderet. qui simpliciter in prima vocatione votati reperiuntur, sine ulla exclusione quoniam licet prima clausula exclusiva fol. 577. vers. in princip. specialis videatur respectu prioris substituti; tamen secunda clausula exclusiva eodem fol, in fin. et 578. post fi-

nitas substitutiones generalis est, et in vero sensu ad omnes precedentes vocationes descendantium, et transversalium necessario est referenda ibi, e qualquer, que no dito morgado houver de succeder, serā obrigado a morar pessoalmente nesta Cidade, e chamarse Ferreira, se assim senão chamar, nem viver na dita Cidade, então o haverá o mais chegado a estas geraçoes, que dito he, a saber, os que primeiros fão nomeados, naō sendo Clerigo nem Frede como dito he, nem moradores em outra parte. Planè illud verbuu ibi. qualquer, que houver de succeder, generaliter refertur ad omnes, qui votati reperiuntur tam in prima vocatione, quam in sequentibus substitutionibus, ita probat tex. in L. si plures ff. delegat. 3. nec interest quod hujusmodi clausula exclusiva posita reperiatur in principio, in medio, aut in fine institutionis cum scripta reperiatur simpliciter, absolute per se principaliter sine relatione ad certam vocationem, aut substitutionem, quia tunc utpote faciens capitulum de perse in quounque loco institutionis alia capitula constituuntur, et dubium sit ad quæ referatur, et quæ per ea veniant declaranda tunc prædicta clausula refertur ad omnia præcedentia, media, et seqquentia Tiber. De cian. cons. 70. num. 19. & 20. lib. 3. Perig. de fidicom. art. 16. num. 102. ubi de communi testatur Cas sanat. cons. 47. num. 74. & sequenti multos refert Castilb. quotidian. lib. 4. cap. 50. a n. 32. cum seqq.

Nec voluntas institutoris in contrarium in duci potest, immò evidenter convincitur ex ipsa dispositione, ipsum institutorem voluisse, quod prædicta clausula, omnes descendentes, et transversales comprehendenter, qui similiter agens dealiis condi-

conditionibus, et clausulis exclusivis sub eadem generalitate dicto fol. 577. in fine ibi qualquer, que no dito morgado houver de suceder será obrigado a morar pessoalmente nessa Cidade et fol. 578. verl. ibi: e se o dito morgado vier a mulher, será obrigada de casar dentro na Cidade de 25. annos, e não casando na dita Cidade sera dado o morgado ao parente maes chegado, o que se entendera nestes nomeados a qui transversaes, mas se o morgado vier à mother de minha carne lidicamente, então haja a dita filha o dito morgado, sem embargo que não more na dita Cidade, nem case nella da dita idade. &c.

Plane institutor ab hujusmodi duabus clausulis exclusivis videlicet nubendi in illa Civitate intra vigesimum quintum annum, & habitandi in eadem Civitate descendentes tantum absolvere voluit, agnoscens, omnes clausulas, & conditiones praecedentes esse generales, descendentesque & transversales substitutos insimul comprehendere, & ideo declaravit (quod aliter ociosum foret) has tantum nubendi, & habitandi in illa Civitate de transversalibus substitutis, & non de descendantibus esse intelligendas ibi: *Mas se o dito morgado vier à mulher da minha carne lidicamente haverá a dita filha o dito morgado sem embargo que não more na dita Cidade, nem case na dita Cidade.*

Proinde sequitur, quod si institutor conditiones exclusivas ad omnes vocaciones, & substitutiones non referret, minime declararet, illas tantum nubendi intra vigesimum quintum annum, & habitandi in illa Civitate, descendentes non comprehendere, quasi diceret in hujusmodi limitatione ab illarum tantum onere, & non aliarum, monachorum scili-

cet, & cognominis de Ferreira descendentes exclusos esse censendos; ex quibus & aliis consideratis ex tenore institutionis, ab hujusmodi maioratus successione opponentem monialem expresse institutione esse exclusam certius duco.

Et licet expressa non esse exclusio adhuc moniali opponenti successionem non esse deferendam existimarem ex tacita exclusione; quando enim maioratus institutor ejus intentionis & voluntatis fuit in institutione, ut agnationem suam conservari desideraret, ob idque foeminas propter masculos à successione exclusit, aut etiam foeminae suae vel cognationis conservationi, nominisque memoriae, & armorum delationi adeo consulit, ut specialiter bona in sua familia, cognatione, aut nomine conservari, aut successores cognomen, aut arma deferre statueret: tunc ex his, & aliis similibus verbis monasterium, & monachos excludere velle aperte videtur, & ideo monasterium quanvis expresse exclusum non fuerit, etiam pro vita monachi successionem prætendere non poterit, quia horum omnium, vel cuiuscumque qualitatis exprædictis aut similium implementum in monasterio non cadit; ratio est quia monachus etiamsi professus sit in monasterio bonorum capaci in communi quo ad prædicta mortuus esse censemur, cum non possit ipse, nec monasterium memoriam familiæ institutoris, neque agnationem, seu cognationem, aut splendorem conservare, neque etiam poteat arma, nomen, aut cognomen institutoris deferre, ideo sequens ingradu statim admitti debet, ac si vere & naturaliter monachus fuisset mortuus, quia in his casibus mors ista Civilis per professionem inducta, ejusdem effectus est, cujus esset mors naturalis

ralis Molin. de primogen. lib. 1. cap. 13. an. 91. cum seqq. Cov. var. lib. 1. 1. cap. 19. n. 11. Mier. de maiorat. 2. p. q. 3. n. 18. & n. 22. Mant. de conject. ultimar. volunt. lib. 8. tit. 12. ex num. 25. Cevalh. com. contra commun. q. 193. n. 11. & 12. Castilh. quotid. lib. 3. cap. 12. n. 54. & 55.

Plane institutor maioratus memoriæ cognominis sui de Ferreira specialiter consuluit dupliciter adjiciens sub clausula exclusiva, quod illius succeliores primum cognomen haberent, de Ferreira, ad memoriam sui cognomenti & familiæ conservandam, quæ in monacho, & moniali supprimitur, patet fol. 577. ibi: *qualquer que nodito morgado houver succeder será obrigado a chamarse Ferreira, e se assim se não chamar o haverá o mais chegado a estas geraçoes* & fol. 578. ibi: *Os que succederem nelle como dito he se chamaraõ sempre, Ferreira, sob pena de o perderem logo.* Unde ex hujusmodi clausula, & conditione ab institutore inculcata ob memoriam, & conservationem sui nominis & familiæ tam in vocatione descendantium, quam in substitutionibus transversalium manifeste deprehenditur tacita institutoris voluntas, ut religiosi in suo maioratu non succederent.

Quo ad secundum maioratum institutum à Pantaleone primi institutoris, filio, minor est dubitatio expressa exclusione institutionis, quæ legitur fol. 249. ibi: *E outrossim, quero que a successão deste morgado não possa vir em pessoa alguma que se meta em Religiao, e fizer profissão, ou se fizer Clerigo de ordens Sacras, ou tomar outra ordem porque não possa ser caçado por quanto quero, que este seja excluido.* Unde stante hujusmodi clausula, & conditione, in dubia videtur monialis opponentis exclusio.

hum Capella impondolhe certo numero de missas, e na herdade, e horta de Val de Quinteiros nomeandoa em sua sobrinha Francisca Lobo, e se a dita morresse sem filhos fosse a sua irmãa, a qual morrendo outrossim sem filhos, chamava a Fernão Mascarenhas seu sobrinho filho de Pedro Mascarenhas, e finalmente falecendo este seu filhos, chamava a filha mais velha de Diogo de Vasconcellos, o que tudo consta do testamento. Mostrase mais entrar a possuir a dita Capella a dita Francisca Lobo por cujo falecimento a possuio sua filha soror Serafina de São Bento Religiosa professsa em o Mosteiro de Santa Clara da Cidade de Elvas. Mostrase mais ser o A. filho de legitimo matrimonio de Fernão Mascarenhas, e de Dona Isabel Pereira, e que o dito seu pay fora chamado em terceiro lugar pela dita instituidora como do testamento se vê em defeito da geração dos primeiros nomeados. Mais se mostra ser o A. o parente mais chegado, à ultima possuidora pela linha da instituidora, por razão de a dita instituidora ser irmãa de Fernão Mascarenhas visavo do A. e das palavras das vocações consta chamar a instituidora sobrinho ao pay do A. Mostrase mais ser a dita Francisca Lobo filha de Isabel de Brito Pereira mulher de Diogo de Vasconcelos, e o Reo ser filho de Dona Ignez de Vasconcelos filha de Ignez da Gama segunda mulher do dito Diogo de Vasconcelos em cujos termos assim pela vocação como pelo parentesco lhe pertencia a possessão da dita Capella, a qual lhe não quer o R. largar sem esta contenda. Por parte dos RR. se mostra, e do dito testamento se verifica chamar a instituidora as pessoas nelle comprehensas, e que a dita Francisca Lobo primeira nomeada, teve alguns filhos entre os quais foy a dita Soror

Serafina de São Bento que por morte da dita sua māy ficou em posse da dita herdade de Val de Quinteiros, e horta junta. Mostra se mais caducarem as vocações por ficarem filhos à primeira nomeada, e em caso que continuassem pertence a dita capella ao R. em razão de a primeira nomeada Francisca Lobo, e a māy do R. serem irmãas, e ser o R. primo irmão da ultima possuidora, e do sangue da instituidora por ella se tratar com parentesco Diogo de Vasconcelos avo do R. Mais se mostra dar a dita Francisca Lobo trezentos mil reis a Francisco Lobo, como se vê da transação por razão de huma demanda que seu pay Thomé Lobo trazia com a instituidora como do seu testamento se vê, e que por falecimento de seus filhos deixava os ditos trezentos mil reis a Dona Ignez de Vasconcelos māy do R. finalmente se mostra prestar Diogo de Vasconcelos avo do R. a Pedro Mascarenhas avo do A., e outro sim ficar devendo Estevaõ da Gama ao dito Diogo de Vasconcelos o dinheiro incerto nos papéis juntos, cuja quantia he o A. obrigado a pagar lhe por ficar por herdeiro de seus pays, e avos. O que tudo visto, e o mais dos autos, disposição de direito em tal caso conforme ao qual julgo serem as propriedades de que se trata Capella indivisível vista a disposição da instituidora, e como della se vê ser o pay do A. chamado em defeito das primeiras nomeadas, e ser outro sim ao A. parente da ultima possuidora pela linha da instituidora, e sem embargo de que o R. o seja, he por diversa linha pelas razões assima ditas; em cujos termos julgo pertencer o A. a capella de que se trata, assim pela vocação, como paren-

parentesco, em a qual Capella não podia conforme a direito a primeira nomeada Francisca Lobo impôr obrigação alguma, nem nomear nella a terça que deixou em seu testamento, porque a dita Capella passa aos chamados como encargos sóis que a instituidora lhe pôz, e sem embargo de que a primeira nomeada deu os trezentos mil reis, não consta destes autos houvesse sentença final porque julguem ser a dita instituidora devedora da tal quantia, e havendoa se devia outro sim mostrar em como não ficaraõ mais bens da dita Beatriz Mascarenhas, porque dos livres que ficasse era a dita Francisca Lobo obrigada como herdeira à satisfação; e no que toca à convenção, não ha que deferir vista à diuturnidade de tempo; e condenno ao R. a que dimita de si a posse das ditas propriedades da Capella por pertencer ao A. e lhe pague outro sim o R. os frutos da individual ocupação até real entrega, o que se liquidará na execução desta, e pague o R. as custas destes autos. Estremoz, e de Abril 22. de 675.

Joaõ Pacheco Fabião.

Ab hac sententia appellatum fuit ad supplicationis senatum ubi confirmata fuit in deliberationibus sequentibus.

In presenti negotio varie, & confuse loquuntur scribentes: visa etenim dispositione de qua, hac verba inveniuntur.

Ordono que a minha herdade que está em Val de Quinteiros, com o pedaço da horta que nella está da qual em diante ande, e fique em Capella obrigada a me mandar dizer seis missas, &c.

An memorata dispositio maioratus, ut Capellae vinculum importet? Semper mihi in obscurio fuit, & cum valde, ac semper abominarem tot vincula, quibus totus Lusitaneus

componitur orbis; consistet in genue procliviorum esse ad vincula releanda potius, quam ad illa multiplicanda, ferre equidem non potum, ut, quacumque muliere (infimæ conditionis forsitan) de quocumque prædio, seu bonis parvæ qualitatis, Capellam instituente, quin adjiciat illas clausulas, quibus vincula instituentur; dicat vulgus præfactam dispositionem maioratus vinculum importare, maioratus enim fuerunt ad familiarum conservationem introducti, & ideo voluerunt plures, ut vinculum non censeretur, nisi facta mentione de conservanda familia; multoties humili persona in uno agro, aut una domo Capellam, cui onus missarum adiungit, instituit; erit ne vinculum? minimè. Alias paucis abhinc annis nemo quanvis claro poleat sanguine bona ad vinculandum in Regno inveniet, ex iis, & aliis fundamentis convenient, ut bona potius libera, quam vinculata reputentur.

Non dubito de nobilitate illius Beatricis, quæ hanc instituit capellam, neque hujus prædii in capellati vires agnoso, forsitan magnum emblematum producet. At vero nostra instituens simpliciter hanc Capellam instituit, non adjiciendo illas clausulas, quæ in viculis adjici solent, quas congerit novissime nos ter nobilissimus Peg. 4. forens. cap. 4. ex n. 170. & licet quasdam fabri casset substitutiones, quæ etiam filiales sunt vinculorum, attamen nihil interest, quoniam illis quasdam personas uti magis dilectas vocavit, qui unquam primogenitum, aut proximiorem vocasset; & quod magis est, post ultimum vocatum, ordinem successioni non prescrispsit, ulterius defecit clausula de non alienando, admodum in vinculis asueta. In his terminis existimò hoc prædium ita cum

cum suo hortu incappellatum liberum à vinculo esse, & solummodo missarum oneri esse obligatum. Jam dudum placuit, ut per missarum impositionem vinculata non censeantur bona notat post alios *Peg. supr. n. 228. Valasc. omnino videndus consil. 82. n. 8. & 9. Flores 1. var. q. 17. n. 46.*

Tandem facit pro hac sententia, quam teneo, elegans *Oldradi doctrina consil. 21. per totum*, ubi exponere perpetuo, etiam eum pluribus substitutionibus conditionalibus (si sine liberis decesserit) & deficien-tibus conditionibus, utpote quia gravati habuerant liberos, & nihil dispositum erat à testatore in casu existentium liberorum non inducitur fideicommissum perpetuum, imo solum inducitur onus perpetuum, in bonis, quibus fuit impositum eo sensu ut uti libera à vinculo trans-ant cum tali onere; ita *Oldratus* cuius opinionem communem appellat *Joannes Botta consil. 50.* ubi ait ab ea recedendum non esse, nisi existentibus pluribus, & gravibus pro vinculo conjecturis, post alios notat *Menosb. consil. 85. à n. 45.* illam in fortioribus terminis sequitur *Valasc. consil. 82. n. 8. & 9.*

Unde, cum istae quoad me, deficiant conjecturæ, & deficiet conditio substitutionis eo quod prima illa ad Capellam nominata cognominata *Francisca* relictæ filia decessisset, subintrat decisio *text. in L. filius fol. 117. S. cum quis ff. legat. 1. notat. Reynos. obs. 64. n. 10. & 11.* ubi plures refert, quin locum habeat limitatio, quam ipse tradit *n. 32.* & dicendum puto istud prædium ita in capellatum, liberum esse à vinculo, & solum oneri perpetuo missarum obnoxium, & qua tale per glebas dividii non posse, ut post alios notavit *Flores lib. 1. variar. q. 17. n. 46.* sed

non regulatur per regulas vinculi; His suppositis, si vera sunt, sequitur causam Rei esse meliorem, eo quod exactis patescit esse proximorem illius ultimæ possidit ictis, & ideo ad eum istud prædium cum suo hortu, ceteraque bona, seu partem hujus prædii de qua mentionem facit illa *Francisca* in suo testamen-to pertinere, quæ quidem *Francisca* aliter se habuit in institutione suæ capellæ, prout visitur; verum tamen de illa hic non disputatur: re-vocetur igitur sententia in hac parte.

Quo ad reconventionem confir-metur, siquidem Reus diu tacuit; deinde mala fides in Actore non satis probatur, ita judicarem in hoc opinabili processu. Ulyssipone 10. Julii 1677.

D. Alves Coelho.

Cardo hujus rei in eo consistit, an bona, seu inquam institutio efficiat maioratum, vel capellam prout cuius resolutione nulla alia requiri-tur conjectura, nisi illa quæ disponit in *Ord. lib. 1. tit. 62. §. 53.* & juxta illam ad alia recurrere necesse non est, meo videri ex qua *Ord.* sa-tis aperte coligitur institutionem de qua agitur maioratum inducere, & bona vinculo, & fideicommisso per-petuo subjecta esse; quo supposito substitutio Actoris locum habet ex resolut. *Reinos. obs. 64. n. 3.* à sapientissimo Actoris patrono pon-derata, & ita Judicis sententiam con-firmarem, quo vero ad reconven-tionem cum sapientissimo Domino amantissimo convenio. Ulyssipone Julii 16. de 677.

Nevaes.

Ego judicarem, quod testatrix ca-pellam instituit, quia maioratum, seu capellam si quis instituens, dum taxat dixerit: ex bonis meis, maioratum seu capellam instituo, sive facio, nec aliud

adji-

² adjiciat, in his terminis talis dispositio ex vi verbi majoratus seu capellæ vinculum majoratus seu capelle importat Molin. de primogen. lib. 1. cap. 4. per tot. Castilb. lib. 2. cap. 22. n. n. 2. & sequentibus Giurb. de feudis §. 1. gloss. 8. n. 29. & 35. Peg. resolut. forens. cap. 4. n. 170. cum ergo testatrix in sua dispositio ne dixisset, quod in capella relinquebat prædium, & hortum ex vi verbi capellæ tantum judicandum erat, quod testatrix capellam perpetuam instituit, præcipue cum fecisset plures gradus substitutionum Menoch. cons. 1025. n. 9. Fusar. de substitut. q. 480. n. 55. Valenz. 2. tom. cons. 185. n. 10. Pereir. decis. 5. n. 3. Flores variar. lib. 1. q. 17. n. 34. & substitutiones fuissent factæ in ejus consanguineis Surd. cons. 67. n. 12. Castilb. lib. 5. cap. 93. §. 2. Peg. dict. cap. 4. n. 207. & 209. & testatrix sit nobilis, ut ex actis colligitur Mier. de maiorat. in initio p. 2. n. 38. Castilb. lib. 5. cap. 84. n. 12. idem Mier. 2. p. q. 5. n. 80. Fontan. decis. 32. n. 18. ex quibus omnibus conjecturis in dubius autumarem, quod testatrix Capellam instituit.

Maiori cum ratione quia testatrix in bonis ex quibus capellam instituit imposuit onus missarum, & quavis ex onere missarum simpliciter imposito non inducatur majoratus ³ seu capella attamen quando ultra onus missarum dantur conjecturæ supra relatæ inducentes majoratum, seu capellam, tunc ex dicto onere missarum inducitur, & probatur majoratus, seu capella, ut cum multis resolvunt Castilb. tom. 4. cap. 9. n. 9. Reinos. obs. 68. n. 24. & seqq. Flores dicta q. 17. n. 31. & seqq. Valasc. cons. 27. n. 2. & 3. & cons. 82. n. 7. Phæb. decis. 120. n. 9. Fragos. de Regimin. Reip. p. 3. lib. 9. disp. 19. §. 3. num. 1. Peg. d. cap. 4. à Paris IV,

num. 223. cum sequentib.

Dubium vero vertitur circa deferendam successionem Cappellæ, ego dicerem quod Actori defenda est, qui testatrix deficientibus personis vocatis in prima, & secunda substitutionibus sine liberis vocavit patrem Actoris ejus consanguineum, & cum deficiant ejus consanguineæ in primis substitutionibus vocatae, & earum filiis, successit Actor vocatus in tercia substitutione, quanvis enim consanguinea primo loco vocata deceperet filia relicta, non ideo expiraverunt substitutiones, quia regula, quod decedente prima persona vocata cum filiis expirat substitutionis, non procedite in maioratibus, seu cappellis perpetuis quoniam ex earum natura, & perpetuitate conditio in ipsis filiis. & nepotibus, cæterisque descendenteribus repetita censenda est, nec aliter potest perpetuitas maioratum, seu cappellarum conservari, quoniam si filiis existentibus illico expiraret substitutionis, efficerentur bona libera, statimque deficeret majoratus, seu capella, quæ ex ejus natura perpetua esse debet Mantic. deconject. ultim. vol. lib. 11. tit. 6. n. 6. ad fin. vers. etiam locum habet Menoch. cons. 117. n. 16. cum sequenti vol. 2. & cons. 327. n. 14. lib. 4. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 69. n. 1. cum sequentibus Molin. lib. 1. cap. 6. n. 18. Peregrin. de fideicomiss. art. 11. n. 31. Gam. decis. 324. Reinos. obs. 64. à n. 32.

Igitur judicatum confirmarem, & tantummodo reformatum in fratribus, in quibus Reum condemnarem à tempore litis contestatae; quo ad reconventionem judicem approbarem. Ulyssipone 24. Julij 1677.

Quifel.

In omnibus convenio cum pro
Oo ximo

ximo Domino Sapientissimo ex eruditate ab eo notatis. Ulyssipone 28. Julij 1677.

Vanuessem.

¶. ¶. ¶. (X) ¶. ¶. ¶.

§. XXIV.

De nullitate subrogationis factæ contra formam rescripti de reivendicatione rerum maioratus.

SUMMARIUM.

Res maioratus, cum licentia regis alienari possunt. n. 1.

Sed formas licentiae ad unguem observari debent. n. 2.

Non impleta cōditione, alienatio virtute licentiae conditionalis non tenet. n. 3.

In contractu præmutationis ubi non datur dominio in præmutantem censemur præmutationem non esse factam n. 4.

In emptione sola datur actio ad interessere. n. 5.

Dominus putativus dominio caret. n. 6.

Deminum unius rei, penes duos in solidum esse non potest. n. 7.

Facultas ex falsa causa consequata, redditur nulla. n. 8.

Possessor rei tenetur restituere omnia quæ habiturus esset petitor sit empore litis contestatae restitutio facta esset. n. 9.

A forma consueta, non est recedendum n. 10.

DE hac rediximus maioratus ob hanc causam tom. 2. connect. ad §. 39. & vide sent. seq.

No seito de appellaçao do Copeiro Mor Luiz de Souza de Menezes com a Prioresa e Religiozas de Santa Monica desta Cidade, Escrivao Manoel Gomes Machado, se deu a sentença seguinte.

Acordaõ os do Desembargo &c. Naõ foy bem julgado pelo Juiz em absolver as Res Appelladas do pedido pello Autor revogando sua sentença vistos os autos, e como por elles se mostra pertencerem as casas da contenda ao morgado instituido pello Doutor Joao Monteiro; e haver na instituiçao repetida muitas vezes a clausulla de expressa prohibiçao de alheação, termos em que ainda em vida do possuidor que alheou compita ao immediato successor a rivendicação para recuperar os bens do morgado alheados, sem que obste que ofossem as ditas casas com permissão, e faculdade do dito Senhor porque sendo esta concedida com condiçao de se subrogarem os bens offerecidos pelos vendedores, a qual subrogação naõ chegou a ter effeito por serem os bens subrogados obrigados a outrem que nelles fez execucao, e assim por falta da dita subrogação, ficou a dita faculdade sem vigor, como imperada subrepticiamente. Condemnaõ as Res Appelladas a que abraõ maõ das ditas casas, e as entreguem ao Appellante com os fructos desde a lide contestada em diante, elhes reservão seu direito para haverem o preço das ditas casas da pessoa de quem por direito lhe parecer o podem pedir, e paguem outro si as custas dos autos em que as condemnão. Lisboa 24. de Dezembro de 1685.

Pereira. Lacerda.

Hæc sententia fundata fuit in deliberationibus sequentibus.

Neque concensus Appellantis alienationi præstitus mihi pendet cum minor, & Iesus proponatur.

Neque

Neque disputandum videtur an patris im- ugnare possit factum quanvis hæres proponeretur quia vulgaris reg. L. cum à matre Cod. de rei vendic, & L. qua persona ff. de regul. juris locum sibi non vendicit in alienatione nulla facta per testatorem de eodem quo libere non poterat disponere, sicut de re majoratus terminanter Cyriac. controv. 312. n. 108. & controv. 321. n. 97. Mang. de imp. quæstione 84. n. 15. & quæst. 93. n. 29.

Solum enim examinandum est in præsenti an subrogatio legitima fuerit, & an evicta re præmutata detur actio Illustrissimo Appellant ut rei vindicare possit rem cum Principis licentia alienatam.

- 1 Agnosco rem majoratus cum licentia Regis alienari posse Molin. de primog. lib. 4. cap. 4. in principio Cas. tilb. controv. tom. 5. cap. 65. n. 3. Lara de annivers. cap. 28. n. 76.
- 2 Sed teneo formas licentiae ad ungem observandas prout Castilho de ali- mentis cap. 36. §. 3. n. 35. & 36. Visa enim forma sub ea conditione data licentia invenitur si bona alia subrogentur ibi subrogando a elle a fazenda referida fol. 15. In facto constat possessorem tum temporis subrogasse propria autoritate proprietas, quæ evictæ fuere, vel melius, quæ tempore subrogationis jam alteri obligatæ erant, quibus in terminis non tenuit sub rogatio cùm enim verba diplomatis importent conditionem quia in gerundio loquuntur ad text. in L. si tu ex parte ubi glōsa verbo adeundo ff. de acquir hæred. Altoglad. qui plures refert. conf. 66. tom. 2. n. 9. Non impleta conditione alienatio facta virtute licentiae conditionalis non tenet, in terminis Merend. tom. 4. controv. lib. 20. cap. 10. n. 2. quæ resolutio confona est vulgarissimis

Pars IV.

juris principiis, quæ dictant actum sub conditione vel modo conceputum illa, vel illo non impleto manere nullum L. cum §. fin autem Cod. caducis tolend. L. si cui 92. §. sic de inde ff. de cond. & demons- trat.

Facit quod sumus in contractu 4 præmutationis ubi non dato domino in præmutante censetur præmu- tationem non factam fuisse ad text. in L. non quocunque ff. de leg. 1. Bart. in L. Aristo §. 1. n. 1. ff. de do- nat.

Neque adversus supradicta facit illa celebris, & admodum non be- ne decisa quæstio favens emptori, quod data licentia ad vendendum bona majoratus quanvis clausula ad jiciatur ut bona emantur, tucus re- manet emptor solvens pretium quan- vis bona non emantur de qua Molin. de primog. lib. 4. cap. 3. n. 45. & sequentibus latissime Castilh. controv. tom. 8. de ultim. cap. 36. §. 3. n. 15. ubi in finitos congerit, & ita vide- batur in præsenti, cum licentia præ- tita sit advendendum & pretium tra- ditum inveniatur pet emptorem Ge- orgeum hoc ementem dici detinuit in decisione præsentis processus, precipue considerato quod in emp- tore nullus probatur dolus, sed cùm putem conditionalem licentiam à su- pradicte resolutione devio pro ut dixi.

Facit quod non sumus in mera li- centia vendendi sed solummodo in licentia præmutandi, quibus in ter- minis cùm res præmutata non fuisse libere datur regressus aduersus rem majoratus subrogatam Molin. de primog. lib. 4. n. 47. quanvis con- trarium dicat, & defendat Molin. de justitia tract. 2. tom. 3. disp. 651. n. 5. vers. dubium est, & vers. ego vero.

Et quanvis etiam sit quæstio an
Qo ij evitio

evitio detur in præmutatione, & faciat quod præmutatio sit tanquam emptio & in emptione sola datur actio ad in teresse dicit *text.* in *L.* 1. *in princip.* ff. *de acti empt.* tamen dari evictionem pro comperto est *L.* 1. *L.* cum precibus *L.* quoniam aseveras *Cod.* *de rerum præmutat.* *Gujm.* *de evictionibus quæs.* 29. per totam Roxas de incompatibilit. maioratus parte 5. cap. 6. n. 79.

Adest etiam alia difficultas, quod hujusmodi actio non est realis, sed personalis, & ita adversus Reas tertias possessores non procedit non enim domus sunt in potestate Martini qui cum maioratu permutavit, sed in potestate venerabilium monialium, & ita adversus eas non procedit *text.* in *L.* cum præcibus 4.lib. in quam *Cod.* *de rerum præmutat.* Sed cum in præmutatione inveniatur hypotheca omnium bonorum sub illa cōprehenduntur ædes ipsæ & ejus pertextus competit adversus singularem possessorem *Surd.* *decis.* 173. n. 28. & n. 1.

Reservarem tamen jus religiosi. Reis ut agant ad pretium adversus illustrissimam venditricem, & adversus A. Ulyssipone die 29. Julij anno 1685. Addo quod solum Reas condemnarem in fructibus à tempore istius sentiæ cùm superabundans causa possessionis legitimæ, & bonæ fidei habeant: quibus interminis ad aliud non tenentur Ulyssipone die supra.

Lacerda

Acquiescere non possum cum doctrina à precedente domino eleganter adducta, & sanè magna cum juris prudentia, nam actio intenta ab illustri Actore, reivendicationis est, ad quam necessario de dominio edocere debet alias illuforia redditur *L.* in rem *L.* in rem *L.* qui pétitorio ff. *de reivendic.* *L.* actionum 25. ff. *de oblig.* & *act.* §. omnium institut, *de act.* *Satgado laber cred.*

3. parte cap. 2. n. 105. *Noguerol.* alleg. 20. *in principio Roinof.* obser. 6. n. 5. *Peg. forens.* cap. 5. n. 56. *Mendes in praxi parte 1. lib. 4. cap.* 2. n. 1. Videamus nunc an dominium habeat in ædibus, quas mendicare pertendit, & nullum habere dicere, cum adhuc administrator, ac successor maioratus, cui ædes vinculatæ sunt non est sed illustris Domina Maria ejus mater, & sic in vita istius, successor talis maioratus non est.

Et quanvis aliqui Doctores citati à patrono Actoris teneant posse subsequentem successorem agere contra alienantem, & contra scientem alienationem prohibitam in institutione, ut de qua agitur, ut videre est fol. 110. hoc intelligi debet contra ipsum possessorem maioratus, acque transgredientem clausulam alienationis, non verò contra tertium possessorem; præcipue cum supplica, quæ per successorem maioratus facta fuisset simulata est; ut in proposito; nam constat parentes Actoris supplicassent regiam facultatem ad ædes contentionis vendendas, & pretium illarum subrogaretur maiorati ad bona emenda, quæ ipsi maiorati annexarentur, postea subrogarunt bona, quæ possidebant in Oppido de Alverca, quæ bona ante supplicationem factam, & facultatem concessam anno 1559. jam obligata, & hypothecata erant censi vendito Michaeli in illis terrulis per matrem Actoris, & ejus maritum anno 1657. & sic satis claré de simulatione constat, à qua nec mater Actoris, nec ipse Actor commodum reportare possunt in præjudicium alterius, nec de jure permissione censetur.

Deinde facta venditione census quatuor modiorum tritici per parentes Actoris in terrulis de quibus ibi

ibi fol. 77. quæ postea in subrogationem datae fuerunt, non ideo dominium illarum amiserunt, nam per venditionem alicuius census, vendor illius dominium rei in qua census constitutus fuit non ammittit, ut de jure non dubitatur immo penes venditorem remanet, itaque dominium terrarum in quibus census positus conservabant donec per executionem pensionum factam in ditis terrulis per Michaelem eum amiserunt per subhastionem illarum, quam fecit in illis, multum post venditionem ædium, de quibus contenditur, nam cum vera, & legitima administratrix est dominium illarum habebat *Salgado Lab.* cred. 2. p. cap. 10. a n. 129. quod non ita dicere, si domina putativa esset, tunc nanque de dominio careret *Salgado.* ubi supra cap. 9. n. 29. & sequentibus, & n. 129. hoc tale dominium per scripturam venditionis ædium, & virtute diplomatis traslatum fuit ob ipsa successetrice matre Actoris in primo emptore Georgio, & per ipsum ex scriptura in monialibus dictas ædes emerunt, sic istæ veré dominium illarum habent, & cum dominium unius rei penes duos in solidum esse non possit *L.* si ut certo loco 5. §. si duobus vehiculis ff. comod. *L.* hereditate §. pater ff. *Castr.* pecul. nullum dominium in Actori considerare possum, ut actione intenta contra Reas procedat ex quibus illas absolvere placet, iudice confirmato. Ulyssipone die 13. Julij ann. 1685. Almeida.

Agnoſco immediatum successorem etiam in vita possessoris bona maioratus alienantis posse illa vindicare præcipue quando expressa alienandi adeſt prohibitio cum multis pro indubitate refolvit *Nogueirol.* alleg. 19. a n. 12. cum sequentibus *Carvalho de una,* & altera quart.

ta 2. p. n. 310. & 333. & 590.

Agnoſco etiam secundum magis receptam in praxi opinionem ad vendicas maioratus res dari etiam millesimo successori reivindicacionem *Valasc. cons.* 194. petitam nulla facta distinctione inter maioratum per contractum, aut ultimam voluntatem institutum *Castilh. tom.* 6. *controvers. cap.* 135. a n. 27. *Reinoso obser.* 73. a n. 15. & 16. additionatur *Carvalh.* ubi subra a n. 373.

His suppositis mihi in praesenti quæſtione attidet opinio *Molin. de primog. lib.* 4. cap. 4. a num. 47. quanvis enim ad alienationem ædium regia præcessisset facultas, atamen illa nulla tanquam subreperticia redditur ut primum bona subrogata fuerunt evicta, quia ante subrogationem erant censi abonaxia, fallit nanque facultatis fundatum ex eo quia ad eo Princeps prædictam concessisset facultatem, quia bona subrogata supposuit liberat, & ideo talis facultas redditur nulla, quia ex falsa causa fuit consequita ad text. in *L.* 1. ff. de rebus eorum quem idem *Molin.* transcriptis, & ipsum *Molinam* ad extensum refert, & sequitur *Roxas de incompatibilitat.* p. 5. cap. 6. a n. 83. cum seqq.

Quin obſtet *Molin.* illius namque fundamenta non evincunt, neque ipſe plenē alterius *Molinæ* satisfacit.

Sed quia in praesenti illustrissima Actoris mater ad judicium fuit vocata, litem que suam agnovit, defendereque incepit, & meo videri hujusmodi causa redditur suspecta siquidem illustrissimis Actoris parentibus bona fuerunt subrogata, & per illos fuerunt ædes, de quibus agitur vendit, & adversus illustrissimam Actoris matrem evictio competit, ex quibus ut circutiones evitentur, & ut litibus finem imponamus

mus statim illustrissimam Actoris matrem condemnarem ut dimidium pretium Reis restituat, & interesse illis rependat juxta Ord. lib. 3. tit. 45. Ulyssipone die 4. Augusti 1685. & quod ad fructus à lice contestata tantum.

Sampayo.

Cum primo præcedenti Domino convenio circa actionem Actori cōpetentem, ab eis ponderatis, attamen quoad fructuum condemnationem primi sodalis mihi displicer arbitrium, omni enim in judicio fructus veniunt à litis contestatæ tempore non solum quia illo ex tempore mala fides inducitur, ad text. in L. 1. L. sed et si §. si ante

9 cod. petit. hæred. Gam. decis. 94. n. 1. sed etiam quia possessor rei teneatur restituere omnia, quæ habituros esset petitor si tempore litis contestatæ restitutio facta esset, Cabed. decis. 155. n. 1. part. 2. Unde etiam si bonam fidem in Reis considemus, semper fructus restituendi sunt, habito respectu ad litis contestationem, quod ad juris reservationem primo Domino adhæreo. Ulyssipone 31. Augusti anno Domini 1685.

Basto.

Cum sapientissimis Dominis præcedentibus etiam Reas condemnarem in fructibus civilibus à tempore litis contestatæ in jure autem reservato adversus Actorem pro dimidio pretio, & interesse illius convenio cum proximo, & tertio, charissimisque Dominis, non autem adversus illustrissimam matrem venditicem, quoniam dolo secessit in subrogatione, & indubium est evictionem adversus illam competere, & eam teneri pro dimidio pretio, & illius interesse, Ord. lib. 3. tit. 45. §. 3. & cum esset nominata in dominam, & citata venit ad ju-

cium, & constituit procuratorem, qui Reas non defendit, nec allegare potest illustrissima venditrix legitimam causam, & ut evitet circuitus, & finis litibus imponatur nobis licet, ex Ord. lib. 3. tit. 63. procedere ad condemnationem adversus illustrissimam venditicem, ideo eam condemnarem in dimidio pretio, & interesse illius à temporali litiis contestatæ à quo Reas sunt condemnatae in redditibus ædium, & interesse sit ad rationem quinque pro centum. Ulyssipone 20. Decembris 1685.

Quifel.

Duraw mihi sanè videtur, imo, & inæquale illustrem Actoris matrem statim ad pretij dimidiū damnare, & adversus illustrem Actorem jus tantum reservare; hujus pater cum uxore in eadem doli præsenti causa sunt; illustris Actor patris hæres extitit, illum que refert: cum ergo in causa tam par judicium tam dispar, quin etiam evictionis actio, licet à contractu emptionis, & venditionis ortum capiat, nihilominus diversum judicium constituit, nec à me proponi potest quam res plene evicta sit, & victori tradita, Valasc. de part. cap. 37. n. 1. Gusman de evictione quæst. 11. optime Sousa de Macedo decis. 20. n. 25. quo jure ergo condemnabimus ex actione, quæ non dum morta sit? Multa sanè sunt, quæ adversus evictionem objicio possunt, quæ eleganter suo moto in summam persistinxit. Kuesembek ad tit. ff. de evictionibus n. 10. ad fin. ne ergo illustrissimæ venditrici os obstruamus primo, ac tertio dominis subscribo. Ulyssipone 22. Decembris 1685. oratione ni Iom. Pereira.

Hæc sententia fuit impedita cum exceptionibus super quibus lata fuic sententia sequens.

Laetitia Acors

Acordaõ os do D Zembargo &c. que deferindo aos embargos folhas 144. não receb. m os primeiros tres artigos, nem o ultimo quanto à restituição dos frutos, e mandaõ que sem embargo delles se cumpra a sentença embargada, e quanto aos artigos quarto, quinto, e sexto, os recebem, e julgão por provados para effeito de tambem condennar a vendedora embargada em ameata de preço, que recebeo das caças vendidas, na qual parte revogaõ a sentença embargada, vistos os autos; porque se mostra ser ouvida nesta causa, e sendo vendedora das ditas caças, que se reivindicaõ ter lucrado o preço dellas, em cujos termos deve restituir ás embargantes a ameata, que lhe toca, por tanto nesta parte a condennaõ com que hão por emendado o Acordaõ folhas 162. vers. e ás custas differem na mesma forma do Acordaõ. Lisboa 27. de Agosto de 1689.

Doutor Fonseca.

Albuquerque. Doutor Maya.

Hæc sententia fundata fuit in deliberationibus sequentibus.

Ego quartum, quintum, & sextum articulos quatenus illustissimæ venditricis postulant condemnationem reciperem, & probarem. Justitia zellus petit, ut quæ venditrix fuit, & bona non libera subrogavit solvat, quoad partem vero Illustrissimi Actoris, cum mihi liquido non constet hæredem parentis esse solum jus reservarem. Quoad vero ad fructus dicere non possum, cum evictus fuisset ex ea enim ratione solum à tempore sententiæ condemnavi quia quando legitima datur causa defensionis Reos vidi non semel in nostro Senatu à tempore sententiæ condemnatos, & multoties judicatum inveni. Ulyssipone die 10. Martii anni 1686.

Lacerda.

Primum, secundum, & tertium impedimentorum articulum rejicerem, quartum quintum, & sextum mecum non pugnant, ultimum tandem articulum etiam rejicerem. Ulyssipone die 21. Junii 1686.

Sampayo.

Impedimenta rejicio merita namque negotij jam decisi suscitant. Ulyssipone 1. Augusti anno 1686.

Basto.

Primus, secundus, & tertius articuli à precedentibus Dominis collendissimis rejecti sunt, in rejectione ultimi cum secundo, & tertio domino convenio ex vulgari regula, text. in L. litigator cod. de fruct. & lit. ex p. quartum, quintum, & sextum reciperem, & judicatum probarem ex eo quia illustrissimus Actor hæres est venditoris ut liquet fol. 65. vers. illustrissima vero mater venditrix fuit, & in rei vendicatione rei in alienabilis refundere pretium tenetur Actor, si hæres venditoris fuit, Gam. & Barb. quos sequitur, & refert D. Pegas Forens. cap. 10. n. 78. venditor vero, fructus, & rem, ut recipiat prius pretium cum usuris tenetur reponeare, text. in L. 1. cod. si Vendito pigno, ibi: offerente pecuniam cum usuris quantum fundus venit, L. 3. eodem tit. & alij relati per, Reinos. obs. 56. n. 18. text. in L. quoties & verbo erit sane eod. de reivindicacione facit L. si curator cod. arbitrium tutelle. Ulyssipone 19. Augusti 1686.

Freitas.

De tribus tantum impedimento rum articulis (cætorum quippe rejectio evicta est) mihi suffragari fas est de quarto, quinto, licet quintum, & sextum illos reciperem, & judicatos probarem dum intendunt illustrum Actorem teneri di midium pretij refundere, cum enim venditoris hæres extitisset, ut per

senten-

sententiam, quæ in rem judicatam transivit eluscessit nulla ei legalis defensio competere potest, ut premium non teneatur reddere cum à venditore causam habeat, Peg. Forenſ. cap. 10. n. 78. Dum autem prædicta impedimenta contra venditricem Actoris matrem eandem desiderant pretij solutionem diversus sum à precedenti Domino, quia multa accidere possunt ut evictio contra eam non competit, ut illi co eam quasi in auditam condemnemus, maximè cum non sit imediata venditrix, quare contra illam jus tantum ad petendum premium observantissimis monialibus relinquendum censeo sic placet. Ulyſſipone die 24. Augufti anno 1686.

Doutor Carneiro.

Cum proximo Domino convenio Ulyſſipone 22. Septembris 1686.

Freire.

No feito de Appellaçao de Alvaro Ferreira Paços, com Alexandre Pinto de Mira, Escrivão Manoel Pinheiro da Costa, se deo a sentença seguinte.

Vistos estes autos libello dos Autores, contrariedade dos Reos, provas dadas, documetos juntos por huma, e outra parte. Mostra-se pela dos Autores, serem administradores da Capella, ou Morgado, que instituto Margarida Antunes de Magalhôes a cujo vinculo pertencem as propriedades de que se trata, de que os Reos estão de posse sem justo titulo, pelo que se devem julgar a elles dittos Autores, os Reos se defendem com a materia de sua contrariedade, o que tudo visto, e o mais dos autos, disposição de Direito, e como se prova por parte dos dittos Autores, assim por suas testemunhas, e documentos, como pela escritura da venda dos dittos bens, que os Reos juntaram, que os Autores saõ

administradores da ditta Capella, e que a ella pertencem os bens de que se trata, e como a venda que delles se lhe fez, se acha menos jurídica, por quanto vista a Provízaõ porque se concedeo a faculdade de se venderem, se acha ser condicional, por quanto della consta que teria lugar a ditta venda sobrrogando se em lugar dos bens de que se trata os contheudos na supplica em a ditta Provízaõ, e por se entender, herra mais uel para o Autor a ditta fazenda, que se havia de subrrogar, que era livre, e como outro sim se mostra por parte do Autor, que a ditta subrrogação não houve effeito em toda a ditta fazenda, e o que se subrrogou, que não era livre, mas foreira, em cujos termos, conforme aos de Direito, como se faltasse á forma da ditta Provízaõ, e condição della, ficou a venda que em virtude della se fez sem vigor, ou validade alguma, porque para ter lugar a ditta venda, devia haver effeito a ditta subrrogação da fazenda livre, e antes de se fazer, não devia os compradores da ditta fazenda entregar o preço della ao vendedor, mas depositallo em Juizo, por tanto, e pelo mais dos autos, condenno aos dittos Reos, a que dem, e larguem ao ditto Autor a fazenda de que se trata, e nos fruttos da lide contestada em diante, e outrossim os condenno nas custas dos autos. Evora 21. de Novembro de 1688.

Manoel Homem Freyre.

Ab hac sententia interposita fuit appellatio ad supplicationis Senatum, ubi confirmata fuit indeliberationibus sequentibus.

Decisio hujus processus dubio prorsus non caret, nam secundum receptiorem, Bartol. sententiam de qua Molina de primogen. lib. 4. cap.

4. n.

4. à n. 20. *Larrea alleg.* 75. à n. 16 apud quos citā ut non pauci, secundus est emptor, qui emit rem majoratus ab illo qui facultatem vendendi habebat, pretium que solvit, & ex hoc jure Reus absolvendus erat, qui defacto juxta prædictum modum, emit, & solvit, & in contrarium multa urgent in præsentis casus contingentia.

Quare re considerata potius existimo Actorem recte agere, nec Reum liberari ex supra posita ratione.

Moveor primo, quia in supplicatione ad Senatum Palatinum non fuit facta specifica mentio omnium clausularum institutionis, dum in ea ita enixe prohibita est alienatio, ut ob eam transitus fiat majoratus ad sequentem successorem, quæ clausula cum posset gratiam reddere difficulter debuit declarari, ut ex *Salgad.* refert noster *Pegas ad Ord. lib. I. in regimine Senatus Palat. cap. 3. n. 3.*

Secundo, qui viso diplomate, tam in supplica, quam in gratia, expeditum est negotium per verba importantia conditionem, ut ibi: *Subrogando, & ibi: Subrogandose.* *Cyriacus controvers 374. à n. 35.* Ast ea est in jure differētia inter concessionem modalem, & conditionalem, ut in hac vitetur actus si dificiat, & contra emptorem actio competit in terminis, *Surd. decis. 156. n. 6.* & qui eum refert *Larea dict. allegat. 75 n. 18.*

10. Quin officiat quod similes gratiae, & concessiones regulariter submodo conceduntur, & fiuat, & non nisi per expressionem conditionis videtur a forma consueta receundum argument. *L. liberorum §. quod tamen ff. de legat. 3.* quia duplīciter respondēri potest, primo quod per illa verba supra mentio-

Pras IV.

nata satis exprimitur opposita conditio. Secundo quia supplicans referbat se possidere bona subroganda libera, & propria, in quibus nescio an absolute verum narraret. & cum facile ei foret subrogationem facere, ut pote dominus rerum subrogandarum nil mirum quod ei facultas vendendi conditionaliter fuerit concessa, & fortasse hoc fuit in causa, & in Senatu Palatino non juberetur præmium deponi, ut ex illo res subrogandæ emerentur, quod tamen ordinarie observatur, ut testatur, *Molin. supra n. 23.* et ex nostris ultra alios advertit, *Mend. in praxi 2. p. lib. I. cap. 2. n. 17.* Igitur, cum subrogatio non fuerit facta, videtur procedere Actoris intentio, ideoque sententiam confirmarem. Ulyssipone 1. Julij anni 1689.

Doutor Fonseca:

Sententiam etiam confirmarem ex fundementis doctissimi præcedentis domini, & quæ bonus Judex in sententia. Ulyssipone 17. Octobris 1689.

Basto Pereira.

Sententiam utique indubius confirmarem cum præcedentibus dominis meis. Ulyssipone die 20. Novembris anni 1689.

Mousinho.

§. XXV.

De exclusione repræsentationis in maioratu, & successione senioris, & effectu vocationis, & quando repræsentatio habeat locum vel non, & linearum consideratio vocato proximore.

Pp

SUM:

SUMMARIUM.

Sententia super successione maioratus obtenta contra legitimum contraditorem, prodest sequentibus obtentis successoribus n. 1.

Descendentis filii senioris, qui alias sive viveret in maioratu erat successorus, filio secundo genito preferendi sunt n. 2.

Qui pro se habet vocationem ad consequendum maioratu, non eget alia ratione n. 4.

Ubi primum pater, & post ejus filii sunt vocati, ex praesumpta disponentis intentione, & jam nepotes e pro nepotes continetur n. 5.

Proximior consanguinius indubio preferendus est n. 6.

Qui habet regulam pro se dicitur habere fundatam intentionem, & transfert onus probandi in adversarium n. 8.

Concideratio linearum attendenda est quoad gradum n. 10.

Non inconvenit, ut ditur maioratus electionis, per facultatem concessam administratori ab instituente ad elegendam personam successoris n. 11.

Maioratus possessor sine liberis decedens ad proximiorem ipsius devolvitur n. 12.

An gradus ab ultimo possessore, seu potius ab institutore numerandi sint n. 22.

Sed ab ultimo possessore verius est n. 23.

Repræsentatio solummodo admittitur inter fratres, & filios fratum, & ad alios gradus non extenditur n. 29.

Stante linea masculi, transitus non fit ad lineam fæminæ n. 31.

Filij illegitimi odiosi instituentibus n. 32.

Nepos naturalis non admittitur,

per representationem ad successionem n. 35. & 38.

Ad representationem necessaria est consanguinitas, gradus, & linea quod naturalis non facit n. 36.

Ad representationem necesse est, ut dicitur patria potestas, & suitas n. 37.

Filiū naturales, non sunt in patria potestate, quia ex justis, non procreantur nuptiis ibidem.

Ad representandum, requirit matrimonium n. 39.

Emphyteusis, per estimationem dividitur n. 41.

Voluntatis dispositio est observanda n. 42.

In bonis divisibilibus per estimationem datur representatione etiam in filiis naturalibus, n. 43.

Repræsentatio in naturalibus, quando sunt capaces succedendi, non excluditur n. 44.

Proximus consanguineus succedit ultimo possessore maioratus decadenti sine discendentibus n. 45.

Maioratus simplicis masculinitatis est, in quo institutor admissit masculos solummodo n. 47.

Clausula posita in fine, & post omnes dispositiones ad omnes illas refertur n. 48.

Jus tertii opponi non potest, regulare est n. 49.

Juxta successionem proximi temere delatae successonis jus successionis regulatur n. 52.

Exceptio de jure tertii in maiortuum controvertiis, quando liquide demonstratur alium esse proximiorem n. 55.

In judiciis tantum concideratur jus actoris n. 56.

Reus potest opponere exceptionem, de te non loquitur institutio n. 57.

Sequens in gradu non admittitur in successione maioratus donec aliis

- alius præcedit, ac est spes, quod proximior succedat n. 60.
- Probatio resultans ex certitudinibus extractis a liberis familiarum, fidem non facit contra tertium nec in ejus præjuditum creduntur n. 62.
- Quoties ad jus quod lex naturæ eis tribuit de dote actio reddit non sit causa dotis deterior, sed formæ suæ redditur n. 64.
- Ei qui alio jure venit, quam eo quo amissit, non nocet id quod procedit, sed prodest id quod habet n. 65.
- Confessio opponentis, in articulis, & per orationibus facit plenam probationem n. 67.
- Descendens ex linea primogeniti, etiam si transversalis ultimo possessori, datur ei beneficium representationis, & excludit alium n. 68.
- Observantia subsequita, probat, & declarat maioratus dubiam scripturam n. 69.
- Causa in suprema Curia decisa, non debet in disputationem reduci n. 70.
- Verbum succedat masculus indefinite prolatum habet vim generis, idem operatur ac si dictum fuisse succedat omnis, & quicunque masculus n. 73.
- Argumentum, a ratione agnationis, est dubium, & periculosum n. 74.
- Clausula irregularitatis, quoniam ex horbitans, & irrationabilis adversus feminas judicatur non inducitur, nisi clarissima exprimatur n. 75.
- Circa jus tertii vide n. 76. & 77. & 78.
- Jus successionis maioratus ante acceptationem legitimi successoris, est sine effectu, & opponi non potest n. 79.
- Pars IV.
- Descendentia masculina jarè proprio, propria que invocatione juvatur n. 81.
- Qui sunt in linea meliori repreäsentativo, jure proximioris esse intelliguntur n. 82.
- Filia simpliciter vocata, indubie admittenda est, exclusis patruis n. 83.
- In linea masculinitatis simplicis in quo agnatio, non contemplatur solum ex masculis linea componitur, omnibus demptis feminis n. 87.
- Masculus ex femina descendens, non admittitur n. 89.
- Quod procedit non solum quando agitur de conservanda familia, & agnatione, sed etiam in qualunque dispositione n. 90.
- Qui duplii quælitate juvatur, proximior dicitur n. 91.
- Magis attenditur principium, quam finis n. 94.
- In maioratu irregulari ubi agitur de conservanda familia solum attenditur an sit masculus non vero an descendat ex masculo aut femina n. 96.
- Emphyteuticatio prohibita est, quod ties prohibit alienatio n. 97.
- Quando institutor non opposuit certum secundandi ordinem, successio defertur eo modo quo succeditur ab intestato n. 99.
- In successionibus ab intestato, admittitur consobrinus, cum amita, & pareter veniunt ad hæreditatem patris, propter representationem n. 100.
- Vocato proximiori cessat repreäsentatio n. 102.
- Successio maioratus regulatur per successionem fideicommissorum particularium, ubi cessat representatione n. 103.
- Institutor vocando proximiorem voluit attendere ad gradus pre-

rogativam, vere, & proprie,
& non facte, & impropte n.

104.

Regulariter vocatur proximior, unde non debet qualificare actum n. 105.

Si admiteretur proximior nunquam daretur representatio in maioratibus quod est absurdam ibidem.

Maioratus, & fideicomissa regulantur per regulam successionis ab intestato, ibidem

Filius est una, eadem que persona cum patre, ibidem.

Et pro hac opinione in hoc regno judicandum est, quia est opinio Acurii quae sicut lex debet observari n. 106.

An representatio ad fratres, & consobrinos cajuscunque possessoris extendatur n. 108.

Attento jure, infideicomisis particularibus, representatio non admittitur n. 109.

Proximitas non institutoris sed ultimi possessoris personam atten dit n. 110.

In transversalibus, proximitas consideranda est, respectu possessoris, & non respectu primi instituentis n. 112. & 119.

Quando concurrit sobrinus cum tia, sobrinus per representationem admittitur n. 113.

Successio non potest transire ad alium, donec duraverit linea n. 114.

Non interest ut preemoriatur invitatus, si filius relinquit n. 115.

Nulla est differentia in maioratibus inter vocatos per verba primogenitus, & per verba senioris n. 116.

Quando quis bona fide posidet, fructus facit suos usque ad litem contestatam n. 117.

Fructus acquiruntur etiam sine titulo, data quali occasione possidiendi n. 118.

Deficiente linea precedere debet maior qui est in meliori gradu n.

119.

